

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

David Auerbach

**Programma Propheticum De Adventu Messiae In Carnem, Quod Habacuc iussu  
Dei exaravit, & Iudeis publici proposuit, Cap. 2. v. 3. 4.**

[Leipzig]: Ritzschius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788090313>

Druck Freier  Zugang





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn788090313/phys\\_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788090313/phys_0001)

DFG

36

Fa - 1092 (36.)





PROGRAMMA PROPHETICUM  
De  
**ADVENTU**  
**MESSIÆ IN**  
**CARNEM,**

*Quod Habacuc jussu Dei exaravit, & Ju-  
dæis publicè proposuit, Cap. 2. v. 3. 4.*

Adhuc visio usq; ad constitutū tempus, &c.  
*Succinctâ analysi & exegesi illustratum,*  
Et ex decreto Amplissimæ Facultatis Theologicæ  
in Academiâ Lipsiensi

Pro impetrandâ Licentiâ  
Theologicâ

*Ad disputandum publicè propositum*

M. DAVIDE AUERBACHIO,  
SS.Theol.Profess.Extraordinario, jamq; de-  
signato Pastore ac Superintendentे  
Bornensi.

*Ad d. 18. Martii*

*Horis ante- & pomeridianis.*

*ANNO*

M. D C. X L.

---

TYPIS GREGORII RITZSCHII.

---

21.

24.

2

3

3

3

ЛОСЛА ПРОИСХИЕНИЯ

СТИХУДА  
И МОСКАВИ

СИЯНИЯ

ЛОСЛА ПРОИСХИЕНИЯ  
СТИХУДА  
И МОСКАВИ

Благодати и чудеса Лослы

Стихуда

МОСКАВИЯ И СТИХУДА

ЛОСЛА ПРОИСХИЕНИЯ

IN NOMINE JESU.

Proœmiale Dicti Prophetici Encomium.

**M**inoris quidem Prophetæ, non tamen precii, est vaticinium illud Habacuci, cap. 2. v. 3. 4. Adhuc visio usque ad constitutum tempus &c. Commendat illud (i.) objecti dignitas. Est enim deo, cui omnes Prophetæ testimonium dant, Act. 10, 43. nimirum de promissione Messia, illius adventu in carnem, vera piaua ac spe expectando, & salute per fidem in ipsum consequenda. De quo enim alio, quam de Christi adventu, qui futurus erat, intelligitur dicere Habacuc? Scribe visum &c. inquit Augustinus 1.18. de Civ. Dei c. 31. (2.) Modus tradendi specialis: Jubetur enim Prophetæ vaticinium hoc divinitus acceptum non vivâ tantum voce auditoribus tradere, sed etiam scribere & explanare, c. 2. v. 2. b. e. diligè, clarè & perspicuè scribere; idque tam de characterum granditate, tam de verborum perspicuitate intelligi debet; & quidem jubetur illud scribere, non in librum, sed in tabulas publicis in locis suspendendas, ut illud à prætereuntibus, ως ἐν ταξιδῷ, sine hesitatione perlegi possit. Nimirum ut magistratus edita sua publicis programmatibus ad subiectorum notitiam proponit: Ita quoq; Deus promissionem de Messia publico programmatae proponi, & sic fidem piorum Iudeorum in futurum Messiam, variis temptationibus agitatam, confirmari voluit. Neg; usus tabularum publicarum infrequens fuit in populo Dei, ut videre est i. Maccab. 14. v. 26. 48. (3.) Allegatio canonica in Novo Testamento: Ter enim ibidem allegatur hoc vaticinium; totum quidem in Epist. ad Hebr. c. 1. o. v. 37. 38. quoad ultima verò ejus verba ab Apostolo Paulo ad Rom. 1. v. 17. & ad Gal 3. v. 11. (4.) Usus dogmaticus: Si quidem Paulus in locis allegatis ex ultimis hujus vaticinii verbis: Justus suâ fide vivet: arcem & acropolim Christianæ religionis, b. e. articulum de justificatione fidei, solidè demonstrat, & contra justitiarios invictè propugnat.

Igitur opera & premium erit vaticinium istud non quidem ως ἐν ταξιδῷ legendo percurrere, sed aliquantis per illi inherere, & verum ejus sensum accuratiū scrutari, contrág, adversantium strophas defendere. Preccamur autem Spiritum Prophetæ intimis gemitibus, ut tribuat nobis verborum significationem, intelligentia lumen, dictorum honorem & veritatem fidem, Amen!

## Programma Propheticum juxta Fontes.

v. 3. כי עזך חוץ לפועל ועתם לך ולא יקוב אפרית מהטב

חפה-לו כירבא ובא לא יאחר:

v. 4. הנך עפלת לארישת נפשו בזקיק באמנותו  
ויהי:

*LXX viralis Interpres* ita vertit:

v. 3. Διότι ἔτι ὄφασις εἰς καρὸν, καὶ ἀνατελεῖ εἰς τέρατον, καὶ σῶν εἰς  
κενόν. ἐάν υπερησῃ, πάμενον αὐτὸν, ὅτι ἐρχόμενος ἡ τότε, καὶ  
ἢ μὴ χρονίσῃ.

v. 4. Εἴ τι παρείληπται, τὸν ἐυδοκεῖ ἡ ψυχή μαζὰν αὐτῷ, ὃ δὲ δίνει,  
ἢ πίστεως μαζὰν στέλει.

Inter versiones Latinas ad veritatem Hebraicam quam proxime accedit *Santis Pagnini*, ab Ariā Montano correcta in Bibliis Hebraicis, ejusdem Ariā operā cum versione interlinearī editis, quæ ita sonat:

v. 3. Quia adhuc visio in statutum tempus, & efflabit ad finem,  
& non mentietur: Si moram fecerit, expecta eum, quia  
veniendo veniet, non tardabit.

v. 4. Ecce elata est, non recta anima ejus in eo: Et justus in fi-  
de sua vivet.

Ab hac versione non longè abit *Vulgata*, quæ ita habet:

v. 3. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non men-  
tietur. Si moram fecerit, expecta illum, quia veniens ve-  
niet, & non tardabit.

v. 4. Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima ejus in se-  
metipso: justus autem in fide sua vivet.

Germanica B. Lutheri versio hæc est:

v. 3. Die Weissagung wird ja noch erfüllt werden zu seiner Zeit/ vnd  
wird endlich frey an Tag kommen/vnd nicht anseen bleiben: Ob sie  
aber verzeuche/ so harre jhr/ sie wird gewislich kommen/ vnd nicht  
verziehen.

v. 4. Sihe/wer halsstarrig ist/ der wird keine Ruhe in seinem Herzen  
haben/denn der Gerechte lebet seines Glaubens.

EXE-

## EXEGESIS.

I. **A**nte omnia programmatihs hujus spectanda venit i. *Occasio*.

2. *Scopus*. Nam iuxta Hilarium l. 2. de Trin. omne dictum ut dicitur, ex causa est, & dicti ratio ex sensu erit intelligenda dicentis: Vel, ut Paulus Burgensis dictum hoc citat in addit. ac c. 18. Deut. intelligentia dictorum ex causis est sumenda dicendi.

2. *Occasio* fuit pathetica & expostulatoria Prophetæ oratio, quæ is cap. 1. v. 12. & seqq. auditâ durissimâ sententiâ D E I, de Judæis per Chaldaeos pro merito puniendis, D E U M orârat, ne populum suum penitus exscinderet, mortique traderet, qvin potius pœnam promeritam mitigaret, eâmqve in paternam castigationem mutaret, è contrâ iram suam in hostes Chaldeos effunderet, ob summam eorum improbitatem, & effrenem quidvis audendi libidinem: Simul etiam cum D E O expostularat de ipsius providentiâ circa homines, quæ nulla videretur, vel certè non major, quâm circa pisces maris, si Chaldaeis ita conniveret, eorûmqve tyrannidi fibulam ponere haud vellet.

3. Ad patheticam hanc orationem & expostulationem (ut cap. 2. v. 1. vocatur) Prophetæ magnâ cum attentione, instar vigilis in speculâ constituti, expectat responsum D E I cap. 2. qvod ipsum etiam accipit, unâ cum mandato de scribendo illo in tabulis hic illic publicè suspendendis, ut omnibus de illo constaret: Qvod tamen non de toto responso D E I intelligendum, sed de primâ & potissimâ ejus parte, vers. 3. & 4. comprehensa. Cùm enim Scriptura debuerit esse ejusmodi, quæ vel à præte-reuntibus in transitu percurri posset, minimè prolixam esse oportuit. Ita sentit B. Lutherus in Comment. Germ. super Habac. Tom. 3. Jen. Germ. in cuius sententiam pedaneus volens transeo.

4. *Scopus* & *summa* programmatihs est, consolari & informare pios Judæos, ne metu futurorum malorum animum despondeant, sed fide in promissum & certò venturum Messiam se erigant, & per patientiam animas suas possideant; sic enim fore, ut non moriantur, sed vivant. Quâ ratione Prophetæ nominis sui mensuram egregiè adimplet, qvod B. Lutherus in præfat.

Ger-

24

3

3

3

2

2

3

3

German. super Habac. argutè observat. Verè enim est **חכקוק**,  
hoc est, *amplexator vel basiator*, qvi populum suum svavissimā  
consolatione comprehendit & amplexatur, non secus ac ma-  
ter infantulum suum vagientem ulnis suscipit, & blandissimo-  
rum verborum fomentis ac svaviis ad silentium componit.

5. Partes programmatis ipsius duæ sunt: 1. *Necessaria in-  
formatio circa promissionem de futuro Messiā.* 2. *Salutaris  
adhortatio*, qvomodo Judæi circa illam promissionem se gerere  
debeant.

6. *Informatio* est bimembris: 1. *De promissionis illius dilatio-  
ne*: Ubi tamen nomine *dilatōnis* non intelligo prorogatio-  
nem termini semel constituti in aliud tempus, sed constitu-  
tionem termini fixi, longinquieroris tamen, qvæ dilatio vide-  
tur iis, qvi terminum illum accelerari desiderant. 2. *Decer-  
tā promissionis illius impletione*. Priori membro Deus occur-  
rere voluit cogitationibus eorum, qvi putarunt, promissio-  
nem de futuro Messiā illo statim tempore impletum iri. Po-  
steriori verò membro occurrere voluit illis, qvi putarunt,  
promissionem illam propter imminentem captivitatem Baby-  
lonicam eventu suo plane frustratum iri

7. *De promissionis dilatione ita loquitur Deus*: *Qvia adhuc  
visio in statutum tempus.* Particula Hebræa **וְ** *qvia*, hoc loco  
non est causalis, sed abundat, nec ad ipsum programma per-  
tinet, sed ad contextum Prophetæ, & inservit vel recitatio-  
ni responsi divini, vel inchoandæ orationi; cujus abundan-  
tiæ exempla alia sunt Gen. 21. v. 30. Zach. 3. v. 8. 1. Reg. 1. v. 13.  
Unde etiam *Lutherus* voculam hanc non vertit per *Denn* / sed  
ejus usum, qvem hoc loco sustinet, expressit vocibus, nembltch  
alſo / programmati huic præfixis. Sunt tamen, qvi usum  
causalēm hujus particulæ hoc in loco urgent, qvæsi Deus cau-  
sam reddat, cur visio scribenda sit, qvia nim. non citò sit im-  
plenda; ut ita Judæi hac scriptione interea de impletione fie-  
rent certiores: Unde & LXX viralis versio vertit causaliter  
per *διότι*. Sed causa scribendi jam in v. 2. habetur; & si Deus  
causam scribendi redderet, & non potius ipsa verba Scripturæ  
dicta-

dictaret, tunc non constaret, qvænam verba tabulis fuerint inscribenda.

8. In fontibus est ellipsis verbī, qvam Junius supplet per verbum *rejecta* est: *Adbuc visio ad constitutum tempus rejecta* est. *Drusus* supplet per verbum *differetur*: Sed simplicius per verbum substantivum est vel erit suppletur. *Lutherus* subintelligit verbum *impletebitur*, adeoque primum hoc informationis membrum explicat de promissionis impletione: Verum cùm de impletione in seqq. verbis agatur, melius verba illa intelliguntur de dilatione.

9. Notanda verò circa dilationem promissionis 1. res differenda. 2. dilationis terminus.

10. Res differenda est *visio*: Hieronymus maluit vertere *Visus* in genere masculino, cùm Hebræum nomen etiam masculinum sit, ut ita ambo nomina in genere convenienter: Atque ita etiam *Vulgata* legit. Sed puerile hoc est. *LXX* *viralis* verit *ορασις*. Accipitur autem vox *Visionis* hoc loco non formaliter pro actu videndi, sed materialiter vel objectivè pro viso, seu re visâ. Deinde per synecdochen *visio* vel *visum* sumitur pro quacunque prophetiâ, sive visu, sive auditu, sive alio modo sit accepta. Hæc enim Prophetia Habacuci propriè loquendo non est *visio*, sed *auditio*, ut patet ex vers. 1. & 2. Unde *Lutherus* rectè vertit, *Die Weissagung*. Rationem verò qvare Prophetia dicitur *Visio*, hanc reddit *Basilius* in cap. 1. *Esaiae*: *Inter sensuum nostrorum organa evidentissimam cognitionem & intelligentiam obtinet visus*: *Quo factum, ut eorum, qvæ veritate nituntur, speculatio appellata sit visio, ob evidentiam ac ratam certitudinem.*

11. Quid verò per *Visionem*, vel *Prophetiam* hanc intelligatur, non satis liquidum est, nec inter Interpretes hac de re convenit: Et mirum alicui videri posset, cur Propheta non dilucidè ostenderit, qvamnam Prophetiam velit intellectam, cùm tamen à D E O expresse mandatum ipsi fuerit, ut visionem explanaret, vers. 2. Sed Judæis procul dubio de visione hac probè constituit, ut non opus fuerit declaratione, sed solâ denominatione.

12. *Quingue* verò potissimum de hac visione occurrunt sententiae.

24

3

2

3

3

tentie. Prima est eorum, qui visionem hanc tantum explicant de excidio Babylonicō per Cyrum, & liberatione Judæorum ex captivitate Babylonica. Hanc sententiam amplectitur Theodoreetus, Theophylactus, & è recentioribus, & quidem Pontificiis, Vatablus, à Castro, alii. Probant verò hanc sententiam tūm ex anteecedentibus, tūm ex consequentibus. Ex antecedentibus, quia Propheta sub finem cap. i. conquestus sit de Chaldaeorum in Judæos tyrannide, insimul precatus, ut Deus illos coérceat & severè puniat, Jam quia Deus in visione hāc ad querelam & prestationem illam respondeat, & Judæos consoletur, seqvi de excidio Chaldaeorum visionem hanc intelligendam esse. Ex consequentibus, cum Deus expressè Chaldais excidium denunciet, à vers. 5. hujus cap. usque ad finem.

13. Verū sententia hāc non satis congrua est. Nam (1.) de ejusmodi visione Propheta loquitur, quæ jam in vulgus notissima fuit: Unde eam absolute & *κατ ἐξοχὴν* visionem vocat. Jam visio de excidio Chaldaico & liberatione Judæorum non ita nota fuit. (2.) De tali visione Propheta agit, per cuius fiducialem apprehensionem homo justus est, & vivit, gratiāque Dei fruatur; quod de visione de excidio Chaldaeorum & Judæorum liberatione dici nequit. Ad probationem verò respondeo, Prophetam in oratione suā non tantum conqueri de Chaldaeorum tyrannide, verū primò omnium deprecari mortem: *Nemoriamur*, v. 12. Ad utrumque hoc membrum Deus in visione hac responsoria respondet, & primò quidem ad deprecationem mortis, vers. 3. & 4. ubi illis, qui verā fide promissionem de futuro Messiā apprehensuri sint, vitam pollicetur: Ad querelam verò de Chaldaeorum tyrannide respondet v. 5. & seqq. ubi illis pœnam promeritam denunciat. (3.) De tali visione sermo est, cuius impletio jamdum eo tempore à Judæis expectabatur, quæque moram ipsi facere videbatur: At liberatio ex captivitate Babylonica non potuit tūm temporis à Judæis expectari, iisque videri moram facere, cum illi nondum in captivitatem fuerint abducti.

14. Altera sententia eorum est, qui visionem hanc explicant de utroque Christi adventu, maximè autem de ultimo, qui est  
ad

ad judicium. In hac sententiâ sunt Hieronymus, Haymo, Rupertus,  
et recentioribus, & qvidem Pontificiis, Ribera in Habac. & Cor-  
nelius à Lapide in cap.10. Hebr. Probant verò illam potissimum  
ab allegatione hujus Prophetiæ in Epist. ad Hebr.c.10.v.37.38. ubi  
Apostolus Prophetiam hanc de secundo Christi adventu inter-  
pretatur.

b15. Sed DEUS de uno & certo tantum adventu loquitur, &  
qvidem de eo, qvem Judæi tantoperè expectabant, qviqve pro-  
pter captivitatem Babyloniam in dubium vocari poterat,  
qui est adventus Christi primus in carnem. Ad allegationem hu-  
jus Prophetiæ in Epist.ad Hebr.dico : Apostolum, vel qvicunqve  
sit author illius Epistolæ, verba Habacuci non allegare in sensu  
literali, sed sensum literalem accommodare ad ultimum Chri-  
sti adventum, idqve tûm propter paritatem promissionis, qvia  
uterq; adventus à Deo est promissus ; tûm propter identitatem  
partim rationis, qvâ utriusq; adventus promissio confirma-  
tur, qvæ est fidelitas, constantia & potentia Dei in servandis  
promissis ; partim fidei & spei, qvâ promissio de adventu Chri-  
sti ultimo est amplectenda non minùs, qvâ promissio de ad-  
ventu ipsius primo.

16. Neqve ejusmodi *allegationes accommodatitiae* infreqventes  
sunt in Scripturâ N. Test. Ex multis exemplis unum sufficiat ex  
*Act.13.v.41.* ubi Apostolus Paulus in concione suâ Antiochiæ ha-  
bita, allegat ex hoc ipso Propheta Habacuc cap.i.v.5. ubi DEUS  
Judæis ob maximam eorum improbitatem comminatur seve-  
rissimam punitionem per Chaldæos exercendam : *Videte in-  
gentibus, & aspice, obstupecite, obstupecite ; qvia opus operor in die-  
bus vestris, quod non creditis, si narrabitur.* Hanc comminationem  
Apostolus accommodat ad Judæos Antiochenos, tûm ob pari-  
tatem delictorum in Judæis tempore Habacuci , & in Judæis  
tempore Apostoli ; tûm ob identitatem justitiae Dei punitivæ.

17. *Tertia sententia* eorum est, qui *duplicem sensum* agnoscunt,  
unum *literalem*, de excidiō Chaldæorum & liberatione Judæo-  
rum ex captivitate Babylonicâ ; alterum *mysticum*, de adventu  
Christi in carnem, & liberatione spirituali à peccato, cuius ty-  
pus fuerit liberatio Judæorum ex captivitate : *Qvâm sen-  
tiam*

tiam tuetur *Cyrillus* in *Habac.* & multi recentiores Interpretes. Sed sensum illum de excidio Chaldæorum & Judæorum liberatione ex captivitate literalem h.l. non esse, modò dictum est, thes. 13.

18. *Quarta sententia* est eorum, qui visionem hanc intelligunt in genere de promissione, quæ Deus opem suam Ecclesiæ pollicetur qvovis tempore: Ita sentit *Calvinus* in *Habac.* sed manifestum est, Deum loqui de certâ & individuali promissione, quæ statutum suum tempus habuit, & per cujus fiduciam apprehensionem Judæi justificati sunt & vixerunt, quæ nulla alia esse potest, qvâm promissio de Christo.

19. *Quinta sententia* est eorum, qui visionem hanc in sensu literali intelligunt de adventu Messiæ in carnem: Quæ sententia communis est Patrum, cui qvoqve assurgit *B. Lutherus* in Comment. Germ. super hunc Prophetam, & plerique nostratium Theologorum; cui & meum meritò adjicio calculum.

20. Confirmant hanc sententiam rationes illæ, quæ prioribus qvatuor sententiis oppositæ fuerunt. Nam (1.) *Visio hæc absolutè & sine determinatione visio appellatur: Scribe visionem: Adhuc visio usque ad statutum tempus.* Intelligitur ergò illa visio, quæ Judæis omnium fuit notissima, & κατ' ἐξοχὴν visio dicta fuit, quæ nulla est alia, qvâm visio de futuro Messiæ. (2.) De cæ visione loquitur Propheta, quæ propter futuram captivitatem Babyloniam evanida fore videbatur: At illa est promissio de Messiæ. Constat hoc ex collatione capit. 1. & 2. Cùm enim cap. 1.v.9. Deus captivitatem denunciasset, tunc statim Propheta institutâ oratione Deum commonefacit foederalis promissio nisi patribus factæ de Messiæ, v. 12. *Nonne Tu ab antiquo es Jehova, DEUS meus, Sanctus meus?* q.d. Nonne Tu Jehova ille es, qui cum patribus nostris fœdus gratiæ pepigisti & promisisti nobis semen mulieris, Messiam? Cur ergò tyrannidi Chaldæorum nos tradis, ut urbem totamqve politiam nostram destruant, nosqve captivos deportent Babylonem? Quid fiet tandem promissione de venturo Messiæ? Respondet jam Deus in cap. 2.v.3. qvôd promissio illa habeat statutum suum tempus, quo impleto illa certò sit apparitura. Et hæc ratio ex connexione cap. 1. & 2. defumta,

oppo-

opponenda est illis, qvi ideò negant, per visionem h.l. intelligi posse promissionem de Messiâ, qvòd illius in oratione Propheta, ad qvam Deus cap. 2. respondeat, nulla fiat mentio. (3.) De eâ visione Propheta loquitur, qvæ fiducialiter apprehensa justificat, & vitam gratiæ ac gloriæ largitur v.4. At illa nulla est alia, qvâm promissio de Messiâ.

21. Qvamvis autem negem, per visionem hanc intelligi promissionem de liberatione Judæorum ex captivitate Babylonicâ, in sensu literali, non tamen promissionem illam simpliciter exclusam volo, sed ἐποιησᾱ illam includo. Promissio enim de adventu Messiæ fuit confirmatio promissionis de liberatione Judæorum ex captivitate. Ita enim Judæi concludere poterant & debebant: Qvia Messias certò venturus est, isqve in terrâ promissionis ex tribu Judâ & familiâ Davidis nasci debet, juxta promissiones Genes. 49. v.10. 2.Sam. 7.v.12. seqq. fieri non potest, ut perpetuò in captivitate maneamus, sed postliminiò in patriam nos redire necessum est. Eodem planè modo Deus regi Achaso confirmat conservationem domûs Davidis, per promissionem videlicet de adventu & nativitate Messiæ, Esa. 7. v.14. Ita enim domus Davidis firmiter colligere poterat: Qvia Christus ex domo Davidis certò nasciturus est, ideò illa manebit, nec poterit extirpari. Atqve haec tenus de re differendâ.

22. *Terminus dilationis* vocatur Τέλος i.e. tempus constitutum, definitum, vel condicatum, à Deo scilicet. Jam sicut visionem seu rem differendam variè interpretantur authores, ita etiam terminum dilationis. Qvi enim visionem interpretantur de liberatione Judæorum ex captivitate Babylonicâ, terminum dilationis intelligunt de tempore illo, quo post periodum 70. annorum captivitatis Cyrus Rex Persarum, devictis Babylonii & translatâ monarchiâ ad Persas, edicto publico captivitatem Judæorum solvit Eſr. 1. v. 1. seqq. Qvi visionem interpretantur de secundo adventu Christi, terminum hunc intelligunt de die extremo. Qvi visionem interpretantur in genere de promissionibus, qyibus Deus opem promittit Ecclesiæ, terminum intelligunt de eo tempore, quo Deus opem illam præstat. Sed qvia visio demonstrata fuit esse promissio de adventu Messiæ in car-

nem; ideo מָעֵר illud est annus nativitatis Christi, qui juxta computum Calvisii nostri est annus mundi 3947. Jam si Habacuc, ut Hebrei censem in Seder Olam Zuta, prophetavit sub Manasse Rege Iudea, qui juxta Calvism regnavit ab anno mundi 3251. usque ad annum 3305. sequitur tempus dilationis visionis hujus esse circiter annos 680. Sed videtur Habacuc aliquantò serius prophetasse, videlicet sub tempore desinenter regni Josiae, aut filiorum ejus, ut putat Junius, cum Deus c. 15. dicat, se opus excidii Hierosolymitanorum & deportationis Babylonicae operarum iis ipsis diebus: Quia ratione tempus dilationis paulo esset minus: Calvisius ponit annos 640.

23. Alias in scriptis V. T. יְמִין illud dupliciter definitur, 1. Politice, per sceptrum de Iudaea ablationem, Gen. 49, 10. quae juxta communiorum, & non fallor, meliorem sententiam facta est tempore Herodis Ascalonitae, alienigenae, sub quo Christus natus est. 2. Astronomicè, per 70. hebdomadas annorum, id est, annos solares 490. præcisos & definitos super populum Iudaicum & urbem sanctam, intra quod tempus visio (de Messia) sit obsignanda, ipsa scilicet exhibitione promissi Messiae, Dan. 9, 24. Tantum de primo informationis Prophetica membro.

24. Ipsa visionis impletio (quod alterum informationis est membrum) asseritur 1. affirmativè. 2. negativè: Quia dupli afferatione tanto major certitudo insinuatur.

25. Affirmativa assertio est: Et efflabit ad finem. In Fontibus est verbum בְּלֹא quod Kimchius in libro Radic. & Michlol putat esse Toar seu nomen Adjectivum loco Benoni à rad. בְּלֹא, sed potius est Fut. Hiph. בְּלֹא, quod propriè significat flavit, afflavit, spiravit, diciturque de vento, Cant. 2, v. 17. per metonymiam vero locutus est (loquendo enim efflamus) & quidem confidenter, audacter & liberè, quod Græcis est παρησιδει, Prov. 6, v. 19. & 14, v. 7. sicut & Latinis spirare hoc sensu usitatum est. Quidam ergo primum significatum hoc accommodant, vertentes: Et efflabit, scilicet visio, i.e. erumpet sicut spiritus ex ore, & seipsum ostendet sui impletione: Quod pertinet & LXX viralis versio, quae habet: οὐδὲ ἀντελεῖ, & exoriatur: Nec non Hieronymi versio: Et apparabit. Sicut & Lutheri: Sie wird frey an Tag kommen. Alii vero alterum

24

terum significatum amplectuntur, vertendo : *Et loquetur vel disceret, vel ut Junius vertit, effabitur, ipso scilicet eventu suo.* Et ad hunc posteriorem significatum respicit *Lutherus* in Comment. saepius laudato super hunc Prophetam, vertens : *Sie (die Weissagung) wird frey handeln : Ubi emphasis verbi Hebræi eleganter declarat his verbis : Das ist die Art dieses Ebreischen Worts (Fren handeln), daß es heißt / frey offenbar heraus fahren mit reden / vnd gefrost vnd kecklich von einem Dinge sagen / niemand's angesehen / wie Lucas schreibt von Paulus / Apollo vnd andern / daß sie freudiglich handelten / vnd frey heraus redten von Christo.*

26. Annotat vero Propheta tempus impletionis, quando dicit, quod visio apparitura, eruptura, vel locutura sit *ad finem*, **V.P.** i.e. *in fine*, quem Deus decreto suo praescidit & determinavit : Id enim significat nomen **V.P.** à rad. **V.V.P.** *praescidit* : prefixum **h** est nota temporis. Intelligit vero finem annorum exhibitioni Messiae præfinitorum in V. Testam. idemque omnino sunt **V.P.** & **V.V.P.**. Alii per finem intelligunt finem 70. annorum captivitatis Babylonicae : alii finem mundi : sed de his sententiis jam antè dictum est. Rursum sunt, qui prefixum **h** denotare volunt materiam locutionis, & in verbo (*loquitur*) statuunt enallagen temporis futuri pro praesenti, vertuntque : *Et loquitur (visio) de fine.* Sed prior explicatio textui magis convenit.

27. *Negativa assertio est : Et non mentietur, scilicet visio. Menti* propriè *convenit creaturis rationalibus : Tribuitur vero etiam per prosopopœiam rebus inanimis, quando spem de se conceptam fallunt, & non praestant id, quod praestare debebant, aut praestitutæ videbantur : ut musto Hos. 9,2. olivæ Habac. 3,17. aquis Esa. 58,11. Ita & spes dicitur mentiri, Job. 40,28. quando sperantem fallit : Ita visio dicitur mentiri, quando non impletur, nec evenit, quod prædictum. De visione vero praesenti dicit Propheta ; non mentietur, i. e. non fallet spem piorum, non erit irrita. LXX viralis Interpres vertit : ἀλλα εἰς ναυόν, non frustrā, non in vanum, scilicet erit. Targum : **וְאַתָּה נֹתֵן** non irritam faciet, scilicet Deus. *Lutherus* : *Wird nicht aussen bleiben.**

28. Hactenus prima programmatis Prophetici pars informativa scilicet de promissione futuri Messiae, cuius hic est sensus :

sus: *Visio* (de futuro Messiā non hoc ipso statim tempore implebitur, ut vobis qvidem persuadetis, sed) *ad huc* (illa rejecta est) *in statutum* (& certo ac infallibili Dei decreto definitum) *tempus* (ante quod non implebitur: Tandem verò erumpet) & efflabit (ipsōque eventu suo se ostendet, & palam liberèque loquetur & testabitur, se impletam esse, quando tempus illud à Deo præcisum) *ad finem* (pervenerit) & *non mentietur* (ac spem vestram fallet, ut quidem increduli putant.)

29. Seqvitur jam *Altera pars* programmatis, quæ est *Adhortatoria*, quā Propheta Judæos adhortatur, quomodo circa promissionem de adventu Messiæ gerere se debeant: Ubi iterum duo se offerunt membra: 1. *Adhortatio*. 2. *Adhortationis confirmatio*.

30. *Adhortatio* est: *Si moram fecerit, expecta eam.* Ubi primum ponitur adhortationis occasio, quæ est *mora*, quam Deus Judæis nectere videbatur in implendâ promissione de Messiâ. *Si moram fecerit*, scilicet *visio*. In fontibus est verbum יִתְמַהֵן quod est fut. Hithpah. à radice inusitatâ תְּמַהֵן, quæ tantum in Hithpahel est in usu, & significat turbatus est, item *moratus est*. Formatur autem Hithpahel abjectâ tertia radicali ה, & primâ ac secundâ geminata, & denique secunda נ in fine mappicata. *Pagninus* in Lex. radicem facit quadratam תְּמַהָּן. Cæterūm *mora* isthæc non fuit vera, sed *apparens* tantum. *Moram enim facere dicitur non qui citò non venit, sed qui tempore præstituto non venit.* Jam visio de Messiâ, sicut tempus à Deo præstitutum non habuit, ita etiam illo completo venit, nec ulterius dilata fuit. Judæis autem, qui visionis hujus impletionem non ex decreto Dei, sed tantum ex desiderio suo metiebantur, mora videbatur, cum juxta vulgatum illud, etiam celeritas in desiderio mora sit.

31. *Adhortatio ipsa* est: *Expecta eam*, scilicet visionem, ratione impletionis spectatam. LXX viralis pronomen hoc refert ad Deum vel Messiam, unde vertit ἀντὶ ρὸν; cùm si ad visionem, quæ ipsi est ὄφασις, referre voluisset, vertendum fuisset ἀντὴν. Ad sensum verò nil interest, siue ad visionem, siue ad visionis authorem, vel etiam obiectum referatur. *Pagninus* eodem modo mutato genere ad Deum pronomen hoc refert. In fontibus est verbum תְּמַהָּן, quod propriè significat inhibere alicui rei aperto ore & ple-

24

Et plenis fauibus, ut famelici cibo inhiant. (¶ enim fauces de-notat) Deinde per translationem significat ardenter concupiscere, avidè expectare, sperare. Nam ut famelicus aperto ore & aptato palato avidè inhiat ad escam ; ita quoque avidam & hiantem, expectationem & concupiscentiam significat hoc verbum, ut notat Avenar. in Lex. LXX viralis Interpres reddit per ἔργον τερ, quod quasi est submanere, & firmiter alicui rei inhærere, ita ut quis propter illam omnia adversa toleret, estque verbum generale, & quamvis permanentiam significat non tantum in pa-tiendo, sed etiam in credendo aliisque actibus, sicut de perma-nentiā fidei nomen ἔργον usurpatur 2. Thess. 1,4. Hebr. 10,36. Plerique Interpretes Latini reddunt per Expectare : Et Lutherus noster per Harren/ quod videtur esse ab Hebr. אֶתְרָא moram fecit: mora enim expectationem causatur. Atque ita verbum He-bræum h. I ferè tantum interpretantur de actu spei, quo visionis de futuro Messiâ impletio, ut futura erat in V. Testam. appre-hensa fuit.

32. Sed vero verbum חַכָּה hoc loco primariò notat actum fidei justificantis, quo impletio visionis de futuro Messiâ illiusque merito apprehendenda fuit, non ut futura erat (quod spei proprium est) sed ut præsens, propter præsentem eamque infallibilem impletionis promissionem. Id probo (1.) à significantiâ hujus verbi. חַכָּה enim est inibiare alicui rei desiderabili, maxi-mè autem præsenti, sicut famelicus præsenti cibo inhiat. Jam fides quoque est talis inhiatio, quâ homo peccator & spiritualiter famelicus ardentí desiderio inhiat justitiae Christi, tanquam vero cibo animæ, cuius ille famem unicè sedare potest Matth. 5, 6. (2.) à locis parallelis, in quibus verbum hoc de fiduciâ fidei u-surpat, ut Esa. 30,18. Beati omnes יֹאמְרִים fidentes in eo, Psal. 33,20. Esa. 8,17. (3.) quia Propheta vers. seq. inhiationem hanc expresse vocat fidem, eiique tribuit justitiam & vitam : Justus suâ fide, quâ promissioni de Messiâ illiusque merito inhiat, vivet. (4.) quia spes illiusque fiducia, quâ quis inhiat, rei futuræ, ut futura est, in eaque ut futura est, confidit, præsupponit fidem fideique fiduciam. Nemo enim bonum futurum firmiter spe divinâ pos-test sperare & expectare, nisi prius certus sit & credat, bonum.

3  
2  
3  
3  
3  
3

illud

illud divinitus promissum esse. Conseqventer vero & secundariò verbum קְרָב denotat etiam aetum spei: Qvia impletio promissionis de Messia in V. Test. adhuc futura erat. Deinde Propheta jubet inhiare visioni, qvæ Judæis, illius impletionem expectantibus, moram facere videbatur. Rectius ergo verbum hoc redderetur per inhiare aut fidere, qvod & fidei & spei actum includit.

33. Adhortationi confirmationem subjicit Propheta, constanter tribus rationibus, qvarum prima desumita est ab infallibili implenda visionis certitudine, qvam jamdum etiam in antecedentibus adstruxit: *Qvia veniendo veniet, & non tardabit*, subintellige visio. Ubi duo dicit: 1. *Qvōd visio certō ventura sit.* 2. *qvōd præstituto tempore ventura sit, non seriūs.*

34. De visione certō ventura dicit: נִכְנֵה Veniendo veniet: Usitatus est hic Hebraismus, qvo per pleonasmum verbum finitum regit suum infinitum (qvod latine per Gerundium exponi solet) ad majorem certitudinem & emphasis exprimendam. Itaque *veniendo veniet*, idem est ac omnino, certissime *veniet*. Luciferus Hebraismum hunc recte h.l. expressit, dum vertit: Sie wird gewislich kommen. Autor Epistolæ ad Hebreos allegans locum hunc cap.10,37. addit insuper hæc verba: ἐτι μικρὸν οὐτον ὅτον, adhuc parum tantum tantum, id est, pauxillum, tantillum, minimum; more Hebræorum, qvi per anadiplosin adjectivi Superlativum efferunt. Qværit vero Drusius in notis ad parallel. sacra, unde Apostolus verba illa sumserit, cum nec in fontibus Hebraicis, nec in versione Græca legantur? Nihil vero decidit, sed ingenuè fatetur, aqvam sibi hærere. Videtur autem Apostolus verbis illis magis adhuc exprimere voluisse Hebraismum, qvi est in verbis: *Veniendo veniet*, adeoque innuere, phrasin illam non tantum indicare certitudinem, sed etiam celeritatem eventus. Nam Apostoli in citandis testimonitis Scriptura interdum ut Interpretes quedam de suo addunt, ad illustrandam sententiam: Quem Canonem ipse Drusius inter alios parallelis suis præmitit, & adducit illi firmando loca. Matth. 15,9. Matth. 22,24. Act. 2,19. & 7,42.

35. LXX viralis Interpres vertit: εξόπλη Θ. ἦξει, *Veniens veniet:*

24

niet: quam versionem retinet etiam Apostolus in allegatione,  
suâ Hebr. 10. addito tamen ad Participium articulo 6: Atque ita  
Apostolus cum LXX viral Interprete verba hæc refert non ad  
visionem, sed ad eum, de quo visio loquitur, nimis ad Mes-  
siam. Interpretam Græcum seqvitur etiam Hieronymus & Vulga-  
tus Latinus, qui vertunt: *Veniens veniet.* Lutherus eodem modo  
in Epist. ad Hebr. So wird kommen/der da kommen soll. Sensui ve-  
rò nihil decedit: Quando enim visio venit, puta ratione suæ im-  
pletionis, etiam ille venit, quem visio venturum prædictit. Inte-  
rim in Ribera h. l. & Pererio disp. 8. in cap. 1. Epist. ad Rom. feren-  
dum non est, quod fontes Hebræos ex versione LXX viral cor-  
rectum eunt, quasi indocte ab Hebreis scriptum sit οὐ, quod  
est Infinitivus, *venire*, cùm juxta versionem Græcam scribendum  
fuerit οὐτος *veniens* vel *venturus*, quod sit nomen illud, quo Chri-  
stus communiter à Judæis sit appellatus, Gr. ἐγχόυσθαι, ut  
Matth. 11,3. Joh. 1,27. Verum non Fontes ad versionem, sed potius  
versio ad Fontes exigenda est: Et si error hic admisus est, potius  
ille tribuendus est Interpreti Græco, qui pro οὐ legerit οὐτος nec  
vel Ribera, vel Pererius probaverit, unquam lectum fuisse οὐτος. Et  
si vel maximè legendum esset οὐτος, non tamen nomen hoc esset,  
sed participium pro infinitivo positum, sicut interdum in ejus-  
modi geminatione verborum participium pro infinitivo poni  
solet, ut 1. Sam. 17,41. *Et ibat Philisteus iens*, id est, continenter &  
celebriter ibat. Atque ita etiam Græci Interpres hoc loco infi-  
nitivum οὐτος reddidit per participium ἐρχόμενος; quod & alibi  
fecit; ut Exod. 7,3. *ιδων εἶδον*, *videns vidi*: Sicut legitur etiam Act.  
7,34 pro quo in Fontibus est; *videndo vidi*. Ratio à vulgari appella-  
tione Christi nihil facit ad rem: Etiam si enim hoc loco Chri-  
stus nomine appellativo *veniens* non dicatur, nihilominus *ve-  
niens*, οὐτος dici potuit, propter vaticinia de ipsius ad-  
ventu, è quibus etiam est praesens Habacuci.

36. Quod verò visio præstituto tempore sit ventura, Propheta  
innuit, quando dicit: *Non tardabit*, id est, non protrahetur ejus  
impletio ultra tempus divinitus præstitutum. *Tardare enim*,  
propriè dicitur is, qui tempore præstituto non venit, etiam si sta-  
fili non veniat. Ita Petrus in 2. epist. c. 3,9. de promissione

C

ultimi

ultimi adventus Christi ait: *Non tardat Dominus promissionem, ut nonnulli tarditatem esse existimant, sed patiens est erga nos, nolens ullos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.*

37. Altera ratio, qvā Propheta adhortationem de promissione de Messia per veram fidem apprehendendā confirmat, desumpta est à danno, qvod mansurum est eum, qvi promissionem illam repudiat, qvōd nimirū anima illius non sit recta: *Ecce elata est non recta anima ejus in eo*; ut habet versio Ariæmontani. Vulgata sensum melius exprimit: *Ecce, qvi incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso*, vel in eo. Præponitur huic & seqventi rationi particula, *Ecce, qvæ h.l. inservit majori asseverationi, simul & parandæ attentioni.* Notandum verò in hac ratione.

1. Subiectum. 2. Predicatum.

38. Subiectum est *incredulus*. In Fontibus est עִמְלָן, qvod est verbum tertiae personæ singularis foemini. gen. præteriti Pyhal, & significat effera, elata, superba est, scilicet עִמְלָן anima, qvod nomen ex prædicato est arcessendum: Deinde anima per synecdochen denotat totum hominem: Denique subintelligendum est pronomen relativum, *Qui*, ut ita subjectum enunciationis Logicæ sit: *Qui elatus est*, vel: *qui effertur, qui superbit*: vel unā voce: *superbus, elatus*. Atque ita etiam Lutherus: *Wer halßstarrig ist.* Græcus Interpres & cum eo Apostolus Hebr. 10,38. hypotheticè subjectum enunciant: εἰς τὸν ἀπειλήσα, subintellige τις, *Si quis se subduxerit.*

39. Jam anima עִמְלָן hoc loco in genere est, qvæ contra Deum se effert, & spiritualiter superbit, qvæ fiduciam suam non in Deum collocat, sed in virtutibus suis propriisqve meritis; in specie verò, qvæ promissionem de futuro Messiā repudiat, eiqve verâ fiduciâ non vult inhiare. Unde Vulgata Latina rectè vertit: *Incredulus*. Probari hæc significatio potest (1.) ab origine verbi Hebræi: Deducitur illud à nomine עַפְלָן, qvod significat locum editiorem & munitum, arcem, turrim; qualis fuit Hierosolymis, per antonomasiam Ophel dicta, cuius fit mentio Neh. 3, 26. 2. Chron. 27, 3. & 33, 14. Unde verbum העַפְלָן in Hiph. est obfirmare cor suum, idq; elevare instar turris; sicut hoc sensu usurpatur de Israëlitis, qvi temerario ausu & superbâ præsumtione contra inter-

24.

interdictum Mōsis ascenderunt in verticem montis, Num. 14.  
v. 44. Ita & anima, qvæ non in Deum, sed in semetipsam fiduciam ponit, elevat se in altum, & semetipsam facit Ophel seu turrim, vel arcem munitam. Atqve ita etiam exponit Rabbi Moſe Kimchi, qvem citat Pagninus in Lexic. his verbis : *Anima impii, qvæ non est recta in semetipsā, cui non est fiducia, nec fides in Deo excelso, עַבְרָן h.e. posuit semetipsam in arce & munitione.* At justus, qui fidit Domino & credit, vivet, & non erit opus, ut ponat seipsum in arce & munitione.

40. (2.) Ab antithesi : Opponitur enim verbum עַבְרָן verbo חֲכָת in versl. præced. ubi Propheta adhortabatur Judæos, ut promissioni de Mesia verâ fiduciâ inhient eiqve confidant. Qui ergo promissionem illam repudiat eiqve diffidit illius anima עַבְרָן opponitur justo in verbis seqq. qvi verâ fide præditus est; Qui ergo incredulus est, & verâ fide est destitutus, illius anima עַבְרָן. (3.) à collatione horum verborum cum cap. I. Respondet enim Deus his verbis : *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in eo :* ad precationem Prophetæ in cap. I. qvâ is Deo inter alia proposuit idololatricam confidentiam Regis Babylonici, qvod nimirum is sagenæ ac reti suo, id est, armis, potentia ac virtuti sacrificet & suffiat : oravitqve : *Num ad perfidos respires?* Ergo illius anima עַבְרָן qvi in seipso confidit & perfidus est. (4.) Idem est sensus verbi ψωσέλλεθαι, qvo Græcus Interpres verbum עַבְרָן reddidit, qvod etiam retinuit Apostolus Hebr. 10. Est enim ψωσέλλεθαι per diffidentiam alicui se subducere, & aliò se recipere tanquam in locum tutiorem: Idqve faciunt illi, qvi non in Deo, sed in seipsis confidunt. Insuper hic sensus confirmatur ex antithesi, qvâ Apostolus l. c. vers. ult. ψωσολην̄ opponit fidei : *Nos autem non sumus ψωσολης, ἀλλα τικεως,* scilicet tenua, non subductionis, sed fidei filii.

41. Caſtrus Jesuita verbum עַבְרָן exponit de Zedekiâ aliisq; Judæis refractariis, qvi Regi Nebucadnezari, jussu Dei & syasu Jeremiæ, se dedere noluerunt, sed in urbe manserunt, confisi munitionibus & armis suis, qvibus propterea Propheta duriorem sortem & infelicem exitum prænunciet. Sed hæc sententia planè

superv

C 2

alie-

aliena est à Prophetæ scopo, & rejicitur ab aliis Jesuitis, impri-  
mis à Cornelio. Vatablus, Robertus Stephan. & nonnulli alii, seculi  
R. David Kimchi, verbum hoc referunt ad Regem Nebucadne-  
zarem, qvi victorias suas non Deo, sed sibi tribuerit, & contra-  
Deum se extulerit: Sed verè sententia generalis est, & ad omnes  
pertinet, qvi non in Deo, sed in seipsis confidunt.

42. Prædicatum est: *Ejus anima non est recta in eo. Anima recta*,  
dicitur tripliciter: 1. *Rectitudine morali*, qvando in viis Domini,  
qvæ rectæ sunt, Hos. 14, 10. Act. 13, 10. ambulat per fidem & bona  
opera. 2. *Rectitudine status pacati & tranquilli*, qvando illa re-  
ctè est affecta & benè se habet. 3. *Rectitudine*, ut ita loqvar, *com-  
placentie*, & quidem vel *passione*, qvando illa alteri placet, vel  
*aetivæ*, qvando complacentiam in se habet. E contrario *anima  
non-recta* est 1. *irrectitudine morali*, qvando non in viis Domini  
ambulat, sed deviat, & vel ad dextram, vel ad sinistram declinat.  
2. *Irrectitudine status*, qvando non rectè est affecta, qvando  
malè se habet, & est in statu infelici. 3. *Irrectitudine complacen-  
tie*, qvando vel displicet alteri, vel displicantiam in se habet.  
Omnes hæ significationes possunt huic loco accommodari:  
Qvia tamen de irrectitudine morali subjectum hujus enuncia-  
tionis propriè loquitur, ideo prædicatum hoc commodiùs ex-  
plicatur de irrectitudine status, ut ita sensus sit: *Qui elatus est,  
ejus anima male se habet, est misera, infelix, nec ullam invenire potest  
requiem*, juxta illud Esa. 57. v. ult. *Impius non est pax*, dicit D E I S  
meus: Quem sensum etiam exhibet versio Lutheri: *Der wird fel-  
ne Ruhe in seinem Herzen haben*. Et hunc sensum etiam antithe-  
sis posterioris enunciationis postulat. Ibi enim de justo, qvi ve-  
rà fide inhiat promissioni de Christo, & fiduciam suam in  
ipsum collocat, prædicatur status felix & pacatus, nimirum vi-  
ta: Ergò vi antitheseos de incredulo h. l. prædicatur status in-  
felix.

43. LXX viralis Interpres, qvem seqvitur Apostolus in sèpiùs  
allegato cap. 10. Hebr. irrectitudinem hanc accipit de dispi-  
centiâ, dum verbum רִאשׁוֹן recta est, reddit evdorē, placet:  
Qvæ versio & ipsa hic suum habet locum: *Qui enim incredulus  
est, qvi in viis Domini non ambulat, & male est affectus, in illo  
qvoqve*

24

qvoqve non est complacentia. In eo tamen à Fontibus non nihil recedit, dum 1. complacentiam negat de animâ DEI, cùm juxta Fontes neganda fuerit de anima increduli : *Ejus, increduli, anima non est recta in eo.* 2. Introducit Deum de seipso loquenter, cùm in Fontibus Deus loqvatur de incredulo. Ita enim habet versio Græca : ὅτι ἐνδοκεῖ η̄ ψυχή ως εἰ αὐτῷ : Non complacuit anima mea in eo. Sed videtur Interpres Græcus pro נפשך anima ejus, legisse נפשך anima mea ; atqve ita ad Deum refert, qvod in Fontibus incredulo tribuitur. Sensus tamen versionis Græcæ cum Fontibus facile conciliari potest. Qui enim incredulus est & malè affectus, in illo Deus non delectatur, nō complacet.

44. *Tertia ratio confirmationis* desumpta est à fructu, qvem percepturi sunt, qvi verā fide promissioni de Messiâ inhiant, isqve est vita : *Justus suā fide vivet.* Connectitur hæc ratio cum præcedenti in Fontibus per *Vau פָּנִים* idqve h. l. non est copulativum, sed adversativum : Opponitur enim status justi statui injusti & increduli : Unde reddi debet per *sed, autem.* Atqve ita reddidit Interpres Græcus : ὁ δὲ δίκαιος. Vulgatus Latinus : *Justus autem.* Lutherus tamen reddidit causaliter : *Denn der Gerechte :* Non præter mentem Prophetæ. Causa enim, qvare incredulus non posst habere animam rectam, id est, pacem vel tranquillitatem animæ, hæc est, qvia illa tantum habetur per fidem in Christum.

45. Dictum ipsum qvod attinet, est illud *verè magistrale*, *Ein reicher Meister Spruch*, sicut B. Luth. in Comment. vocat, qyo Propheta programma suum concludit. Et memorabilis est historia, qvam D. Mylius in Præfat. Comment. super Epift. ad Roman. de B. Luthero ex relatu ipsius filii acceptam narrat, qvòd dictum hoc in mediis tenebris Papatus semper auribus ipsius insonuerit, donec verum illius sensum tandem per illuminatiōnem Spiritus S. intellexerit, atqve ita ex tenebris plus qvàm Ægyptiacis Papatus emerserit. Ribera in Comment. dictum hoc vocat *lapidem offensionis & petram scandali duabus dominis Israël, domui Juda, i. e. orthodoxis, qvi sint Pontificii, & domui Israel, id est, hereticis, qvi nos simus.* Placet applicatio qvoad domum

C 3

Juda,

Juda, & laudo ingenuam confessionem Jesuitæ : Sed videat dominus Juda, ne graviori illisu ad lapidem hunc caput suum perdat. Nobis dictum hoc non est lapis offensionis & petra scandali, sed salutis, per fidem in Christum obtainendæ. Constat illud Subiecto & Predicato.

46. *Subiectum* est *justus*. Hic vero juxta luculentam Prophetæ nostri in verbis præcedentibus descriptionem est is, qui promissioni de Messia verâ fide inhiat, eamque fiducialiter apprehendit; qui non in seipso confidit, sed in Messia illiusque merito; qui à throno strictæ justitiae Dei provocat ad thronum misericordiæ; qui gratiam Dei fœdere promissam amplectitur; qui in Messia ceu rupe confidit, in eoqve justitiam & sanctitatem suam quærit, cap. i, 12. Proinde *justus* h. l. est, qui imputativè *justus* est, per imputationem justitiae Christi verâ fide apprehensa. Interpretem infallibilem & Θεόπνευστον habemus Apostolum Paulum, qui probaturus, hominem justificari fide in Christum, sine operibus legis, hunc locum propheticum imprimis allegat Rom. i, 17. Gal. 3, 11. Non ergo *justus* h. l. est is, qui justitiæ inhærente & legali *justus* est, ut volunt Pontificii. Talis enim *justus* coram Deo non vivit ex fide in Christum, sed ex operibus suis, Gal. 3, 12. siquidem illa sunt perfecta, & legis rigori ad minimum usque iota satisfaciunt. Sin minus (sicut reverâ omnia opera nostra imperfecta sunt & ἀριστα) tunc *justus* ille, quantacunqve etiam ejus sit justitia, non vivit, sed spiritualiter mortuus est, sub irâ Dei & reatu poenarum temporalium ac æternarum constitutus. Licet autem justitia inhærens seu bona opera semper adhuc illi, qui imputativè *justus* est per fidem suam, tamen ex illis taliter *justus* spiritualiter non vivit, sed per illa tantum vitam spiritualem ostendit.

47. *Predicatum* est, vivet : *Justus* vivet. Intelligitur vero h. l. vita non naturalis, sed spiritualis, quæ consistit tūm in libertate à reatu & servitute peccati ; tūm in fruitione gratiæ Dei gratis justificantis, & pace conscientiæ. Id patet i. ex oppositione. De incredulo enim dixit, quod anima illius non sit recta, i. e. quod malè sit affecta, quod sit infelix, misera, inquieta, quodque Deo non placeat. Vivere ergo & habere animam rectam, id est, benè affe-

24

affectam, beatam, quietam, Deoque placentem. 2. *Ex collatione responsionis Dei cum precatione Prophetæ: Deprecatus erat Prophetæ cap. 1, 12. mortem gratiæ & punitionem in irâ: Nemo riamur: In judicium (in castigationem paternam, Jerem. 10, 24. 1. Cor. 11, 32. 1. Pet. 4, 17.) positus sit (hostis, Chaldaeus) in correptionem fundatus sit.* Ad hanc depreciationem Deus respondet: *Justus suâ fide vivet.* Deinde per vitam h.l. intelligitur etiam *vita æterna*, quæ vitam spiritualem hujus vitæ, per fidem perseverantem ad finem usque continuatam, immediate consequitur, & ad quam in justificatione jus accipimus. Unde Apostolus ad Hebr. 10. vitam hanc in specie exponit de vitâ æternâ, quæ in secundo Christi adventu manifestabitur.

48. Utitur autem Prophetæ tempore futuro, *vivet*, ad denotandam tûm vitæ spiritualis in hac vitâ continuationem. Per fidem enim non tantum in præsenti, dum justificamur, vitam gratiæ consequimur, sed eam quoque per fidem permanentem continuamus, Gal. 2, 20. Rom. 5, 2. tûm vitæ æternæ fruitionem, quam similiter per fidem consequimur, Joh. 3, 16. & 6, 40. Lutberus h.l. vertit in tempore præsenti: *Der Gerechte lebet seines Glaubens: sed in Epist. ad Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38 in quibus locis dictum hoc propheticum allegatur, vertit in futuro: Der Gerechte wird seines Glaubens leben: ut ostenderet, justum per fidem accipere vitam spiritualem gratiæ; per fidem quoque eam continuare, & tandem eam per fidem quoque cum vitâ gloriæ commutare.*

49. Multi Pontificiorum negant, per vitam h.l. intelligi vitam gratiæ & gloriæ, adeoque de justificatione hominis peccatoris coram Deo Prophetam loqui, sed vitam hanc communiter explicant de patientiâ, quam omnia adversa æquo & constanti animo tolerantur ac superantur. Ita enim *Castrus* in h.l. *Quamvis communiter de vitâ gratiæ aut gloria accipiatur; at Vices de vita honestæ constantiæ loquitur, quem justus fide bonorum promissorum nixus, nullis calamitatibus percussus, nullus affectus eruminis, deserit. Lovitut ergo de virtute ac tolerantia, quam fides piorum animis addit ad erumnas omnes, omnésque calamitates preferendas, non de impii justificatione.* Eadem chordâ oberrat *Cornelius à Lap.* h.l. Consonat *Bellar-*

Bellarminus l. 2. de Sacram. in genere c. 9. Verba Prophetica, inquit, non significant ad literam, justum hominem fieri, aut reputari ex fide, ut Lutherani volunt; sed significant, justum ex fide quam habet, constanter expectare, quæ Deus promisit, & non frangi aut desicere, etiam si promissiones tardare videantur. Hunc esse verum sensum, non dubitabit, qui expendet locum Habacuc & Pauli ad Hebr. Ulterius enim tractat de patientia & longanimitate. Et lib. 2. de justif. c. 4. dicit, Prophetam loqui non de vita justitiae, sed de vita spei, quæ justum patienter expectare facit. Alij Pontificij vitam hoc loco exponunt in genere de vita renovationis seu bonorum operum, ut Coesterus in Enchirid. qui dicit: Justum ex fide vivere nihil aliud esse, quam justum ad normam fidei, totam vitam formare.

50. Sed his fidei suæ domesticis recte se opponit Ribera h.l. & imprimis ex testimonio Pauli, qui expressè hunc locum ad probandam justificationem allegat, evincit, Prophetam de justificatione loqui. Aut ergo (inquit) Paulus non intellexit verba Prophetæ, aut intellecta in alienum sensum detorsoit, & simplicitate legendium abusus est (quod vel suspicari blasphemum est & sacrilegum) aut idem dixit Prophetæ quod Paulus, vel certè nude necessè sit sequi, quod vult Paulus. Ipse etiam Bellarminus evidentiâ verborum convictus tandem admittit, Prophetam de justificatione & vita justitiae loqui, l. i. de justif. c. 20. & lib. 2. cap. 4. sed tamen fidei non nisi initium vita spiritualis acceptum fert, continuationem autem tribuit fidei cum caritate conjunctæ, eaque formatæ. Eodem modo Ribera, aliquique Pontificij verba Prophetæ explicant, immo detorquent.

51. Verum si glossa hæc Pontificia locum haberet, utique Prophetæ, qui à Deo jussus erat perspicuè & explanatè scribere, ut quilibet prætereuntium scripturam illam posset legere ac intelligere, scripsisset: *Justus fide suâ incipit vivere*: vel: *Justus ex fide cum caritate conjuncta vivet*. Jam nihil hujus scripsit, sed: *Justus suâ fide vivet*. Et signanter utitur tempore futuro, ut glossam hanc Pontificiam refelleret. Si enim is, qui jamdum per fidem justus est & suâ fide vivit, posthac etiam fide suâ vivet, is certè per fidem vitam gratiæ continuat. Unde Apostolus Rom. i, 17. fidei non tantum initium, sed etiam continuationem justitiae & hinc oriun-

24.

oriundæ vitæ tribuit, cùm dicit, justitiam in Evangelio revelatam esse *justitiam ex fide in fidem*: Qvâ phrasî continuationem denotari certum est. Hanc verò conclusionem, qvia testimonio Habacuci probat, seqvitur, etiam Habacucum fidei & initium & continuationem justitiae ac vitæ tribucre. Sed & alibi scriptura fidei justificationem tribuit non tantum in principio conversionis, verùm etiam in progressu vitæ Christianæ, & fine illius. Illustris admodum est locus Rom. 5,1,2. De principio enim conversionis Apostolus dicit: *Justificati fide pacem habemus apud Deum, per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem & accessum habemus fide ad hanc gratiam.* De medio vitæ dicit: *In quâ (gratia) stamus (fide.)* De fine: *Et (fide) gloriavimus in gloria Dei.*

52. Ponitur verò in medio enunciationis determinatio: *Fide sua*: qvæ juxta analysin materiæ, tām ad subjectum, qvā ad prædicatum referri potest, ob individuum extremorum nexum. Per fidem enim & constituimur justi & vivimus. Ultraq; analysis conformis est textui. Propheta enim de tali justo loquitur, qui fide suā justus est, juxta ea, qvæ thes. 46. dicta sunt. Deinde justum hunc opponit incredulo, de quo dixit in præcedenti enunciatione: *Jam justus opponitur incredulo ratione fidei.* Atq; ita ad subjectum determinatio refertur. Qvòd verò etiam ad prædicatum referenda sit, inde patet, qvia Propheta justis ac piis salutare medium suggerit, quo in mediis etiam calamitatibus se erigere, & vivere possint, idq; est fides in promissum Messiam.

53. Utramq; analysisin Apostolus allegatione hujus dicti confirmat. Nam in Epist. ad Roman. 1,17. determinationem hanc ad subjectum refert, dum ex dicto hoc probat, justitiam Dei in Evangelio revelatam, esse ex fide in fidem. Ita enim à conjugatis argumentatur: *Ex qvâ re justus est justus, ex illâ quoq; est justitia.* Atq; justus ex fide justus est: Ergò justitia quoq; est ex fide. Minorem probat ex Habacuco: *Justus fide vivet*: i.e. is, qui fide justus est, vivet. Eodem modo ad subjectum determinationem hanc refert Cajetanus h.l. & Junius in parall. l. 2. par. 1. In Epist. verò ad Gal. c. 3,11,12. determinationem ad utrumq; extremorum refert: *Ad subjectum qvidem v. ii. ubi Apostolus probat, neminem ex lege justificari, qvia justus ex fide vivet: Ubi opponit hæc duo:*

D

Ex

Ex lege justificari, & ex fide justum esse : Et in antecedentibus  
opponit, esse ex fide, & esse ex operibus legis. Ad prædicatum  
verò eandem refert v.12. ubi probat, neminem vivere ex operi-  
bus legis, qvia justus ex fide vivat: ubi opponit vivere ex operi-  
bus legis, & vivere ex fide. Atqve ita etiam *Hieronymus* in cap.3.  
ad Gal. utramque analysin admittit. Cùm enim priùs determina-  
tionem ad prædicatum retulisset, subjicit: *Potest præsens testimoniū & sic legi: Qvia justus ex fide, ut deinceps inferatur, vivet.*  
Eandem analysin probant & alia loca, in quibus fides additur  
modò justo vel justitiæ, modò vita. Justo additur Rom.5,1. *Justifi-  
cati ex fide, pacem habemus.* Rom.10,6. *Qvæ ex fide est justitia, sic di-  
cit.* Vita verò additur Gal.2,20. *In fide vivo Filii Dei.*

54. Plerique Pontificii ad solum prædicatum determinationem  
relatam volunt: Insuper *Esius* in cap.1. ad Rom. Cajetano  
contrarius, priorem illam analysin refellere satagit his rationi-  
bus: 1. qvòd non congruat iis, qvæ à Prophetā dicantur. 2. qvòd  
à mente Pauli aliena sit: Non enim Apostoli intentionem esse,  
duos introducere justos, unum qvi justus sit ex fide, & proinde  
victurus; alterum qvi non ex fide, sed aliundè justus sit, ideoqve  
non victurus. 3. qvia Apostolus ad Gal.3,20. *τὸ in fide conju-*  
*gat cum verbo vivere.* Sed Resp. qvòd analysis illa, qvà determinatio  
ad subjectum refertur, cum scopo Prophetæ & Pauli benè  
congruat, modò dictum est. Nec seqvitur, Apostolum hac ra-  
tione introducere duos justos, unum ex fide, alterum non ex fi-  
de. Nam *τὸ ex fide* non est differentia divisiva justi, tanquam ge-  
neris, quasi præter justum ex fide detur etiam justus non ex fide,  
sed est differentia specifica & constitutiva, ipsaq; natura justi,  
ita ut præter justum ex fide nullus sit justus, qvi aliundè justus  
sit. Duo ergò docent Prophetæ & Apostolus: primò qvinam sit  
justus, nimirum, qvi ex fide talis est: Deinde unde justus ille vi-  
vat, nimirum ex eâ ipsâ re, ex qvâ justus est, nimirum ex fide. Loc-  
cus ad Gal.3,20. probat qvidem, qvòd determinatio etiam per-  
tineat ad prædicatum, non autem qvòd pertineat ad solum præ-  
dicatum. Nec obstat, qvòd *Lutherus* in versione Germanicâ de-  
terminationem semper ad prædicatum referat, dum vertit: *Der  
Gerechte lebet seines Glaubens:* vel: *Der Gerechte wird seines  
Glaus.*

24

Glaubens leben. Non enim negat Lutherus, determinationem ad subiectum referendam esse, cum nullum alium justum sit agnoscatur, quamquam qui ex fide justus est. Ideo vero Magalander illam ad praedicatum retulit, tum quia in lingua Germanica non ita commode ad subiectum potuit referri: *Der Gerechte seines Glaubens lebet: oder wird leben;* tum quia nihil serius Apostolus justitiam fidei ex hoc dicto potuit demonstrare, ab effectu immediato colligendo ad causam, h. m. *Quod re justus vivit, etiam justificatur:* Atque fide sua justus vivit: Ergo etiam fide sua justificatur. Majorem ceu manifestam omittit: Minorem probat ex dicto Habacuci.

55. Jam quod determinationem ipsam attinet, indicat illa medium, quo justus & fiat sitque justus, & vivat, nempe *Fide sua*. In Fontibus est nomen בָּאָמֹנָה, quod constat præfixo & suffixo. Præfixum est בָּ, quod est בְּauxiliū, notatque medium vel instrumentum, quo homo justus est & vivit, per fidem scil. apprehendendo & tenendo meritum Christi justificum & vivificum. Interpres Graecus illud reddidit per præpositionem ἐν: Vulgatus Latinus per in: In N. Test. per ex: Alii per ablativum instrumenti, *Fide sua*: Lutherus per Genitivum, *seines Glaubens*. Suffixum est ς, quod est tertiae personae singulare masc. denotatque conditionem fidei justificantis, quod illa cuivis justo debeat esse propria. Graecus Interpres in Fontibus legit בָּאָמֹנָה, vertitque εἰς τὸν με, ex fide meā: Et sic vocem hanc, quae in Fontibus subiectum fidei respicit, nempe justum, refert ad Deum, ceu fidei illius objectum, & causam efficientem principalem; sicut etiam antecedentia verba ad Deum retulit. Sensui autem Prophetæ nihil decedit. Eadem enim est fides, quam justus vivit, quae subiectivè est justi, objectivè & effectivè Dei. In quibusdam tamen Editionibus Graecis pronomen με non cohæret cum voce τοιωται, sed cum voce δίκαιος: Ita enim legitur: ο δίκαιος με εἰς τοιωται: *Iustus autem meus ex fide vivet:* Quod ratione innueretur favor ille specialis, quo Deus justum prosequitur, ceu filium & amicum. Apostolus in allegatione hujus dicti Roman. i. Gal. 3. Hebr. 10. pronomen με semper omittit, quia de fide aliena nulla erat controversia, & per se manifestum est, non

D 2

aliam,

aliam, qvam justi fidem intelligi. *Lutherus tamen ex Fontibus Hebraicis pronomen hoc restituit, propter Pontificios, qui statuunt, infantes non propriā, sed alienā, parentum vel susceptorum fide credere & salvare. Catechism. Roman: Compend. Theol. verit. lib.6.c.9. Maldonat. de Sacram. tom.1.p.69.*

56. Ipsa verò fides vocatur אֶيمֹנָה, qvæ vox est ambigua, & accipitur vel de fide dicentis aut promittentis, & significat fidelitatem seu veracitatem in dictis aut promissis, qvæ alias vocatur ἀληθεία veritas: Ita usurpatur Psalm.100,5. Prov. 28,20. Esa. 25,1, vel de fide ejus, qui alterius dictis aut promissis credit; Et hoc sensu plerumque vox hæc usurpatur, sicut & hoc loco. Græci vertunt ὀμνία, qvam vocem Apostoli quoque usurpant. Hæc verò fides non est nuda tantum notitia & assensus promissionibus divinis præbitus, qvâ quis promissiones illas apprehendit, ceu veras ac indubitatas; sed simul est fiducia cordis, qvâ quis promissiones illas apprehendit, ut salutares & salvificas, illisque confidit, insitit, & unicè acquiescit: Ita enim Prophetæ h.l. fidem justi describit, qvòd sit, ut ita loqvar, famelica & siti-bunda inhibitiō promissionis de Christo, qvòd sit individualis applicatio illius & acquiescentia in illâ, qvâ quis Deum pro suo Deo, pro suo Sancto, pro suâ rupe habet, cap.1,12.

57. Pontificii fidem justificantem intelligunt vel de nudo assensu, verbo Dei præbito, qvam vocant fidem informem, eiique tantum initium justificationis & vitæ spiritualis tribuunt; vel de assensu coniuncto cum charitate, qvam vocant fidem formatam, eiique tribuunt continuationem & consummationem justificationis ac vitæ. Ita enim Bellarmin. 1.2. de Justif. c.4. Non derant verba Spiritui Sancto, qvibus per Prophetam suum illud efferret: *Justus ex fide formatus, aut etiam ex charitate vivit; sed maluit dicere: Ex fide vivit; vel quia non loquebatur de vitâ justitiae, sed de vitâ spiritus, quæ justum patienter expectare facit; vel quia commendare volebat id, unde initium dicit vita justorum.* Atque ita verba Prophetæ de fide informi explicat. Deinde verò formatâ eadem expavit 1.1. de Justif. cap.20. Docet quidem Prophetæ, per fidem continuari vitam, sed non per fidem solam, sed per fidem cum charitate coniunctam, & per charitatem operantem. *Ex quo sequitur, ut justus non solum*

24

solum ex fide, sed etiam ex charitate vivat. Neque ideo falsum est, quod Concilium (Tridentinum intelligit sess. 6. c.8.) dicit, fide inchoari justitiam: Quoniam verum est, quod Propheta dicit, fide continuari justitiam: Utrumque enim fides facit; sed primum facit sola, secundum non sola.

58. Sed nihil sani Bellarminus docet. Longè aliam fidem Propheta intelligit, ut modò demonstratum. Nudus assensus non est fides justificans, nec pars illius, sed antecedens tantum: Imò falsum est, nudum assensum esse initium justificationis & vitæ. Id enim est initium justificationis & vitæ, quod justificationem ac vitam simul etiam perficit ac conservat: Ratio est, quia *justificatio & vivificatio* non sunt *actus successivi*, qui paulatim perficiuntur, sed *instantanei*, qui in instanti perficiuntur, ut est *actus generationis physicae*. Jam nudus assensus justificationem ac vitam non perficit & conservat, etiam juxta Pontificios: Ergò nudus assensus non est initium justificationis & vitæ, sed fiducia in meritum Christi: Hæc & initium & perfectio est justificationis ac vitæ spiritualis. Ut enim anima vitam naturalem & inchoat & perficit conservatque: Sic fiducia, quæ est anima hominis renati, vitam spiritualem inchoat, perficit & conservat. *Distinctio illa Papistica fidei in informem & formatam verè informis & monstrosa est, confusione Babylonica infelix epitome, quam B. Lutherus in aureo Comment. super Epist. ad Gal. cap. 3. pestilentissimam, Satanicam & maledictam glossam indigitat, Diaboli portentum, natum in perniciem doctrinæ & fidei Christianæ, ad blasphemandum & conculandum Christum & statuendam justitiam operum.*

59. Tantum etiam de alterâ parte programmati Propheetici, cuius hic est sensus: Si (verò visio de Messia vestra opinione) moram fecerit, (& non statim apparuerit, in hia illi, ô Judæ, ardentí desiderio, confide illi, firmaque spe) expecta eam. (Neque fides & spes tua te fallent:) quia aeniendo veniet (illa, certissimè celeriterque præstò erit,) & non tardabit, (nec ultra tempus diuinitus præstitutum protrahetur.) Ecce, (certò hoc tibi affirmo,) qui elatus est, (& visione hac susque déque habitâ in seipso, tanquam in arce munitâ, confidit,) non erit recta anima ejus in eo, (non habebit pacem & tranquillitatem in conscientiâ suâ, nec ille

D 3

mihi

mihi placebit, sed in æternum abjectus erit à facie meā.) *Justus autem*, (qui visioni huic inhiat, illi confidit & per hoc justus constitutus est,) *ex fide suā*, (quæ credit in futurum Messiam illiusque meritum fiducialiter apprehendit,) *vivet*, (fruetur gratiā meā & vivificā consolatione, tandemque vitâ æternâ donabitur.)

60. Überiorem & solidam dicti hujus Propheticī verē palmarii, quoad posteriora ejus verba, enodationem, contrāqve Adversantium machinamenta vindicationem, geminā Disputatione olim adornavit *Dn. D. Heinricus Höpffnerus*, Præceptor meus summè devenerandus, à cuius lumine scintillas quasdam huic scriptioni mutuatus sum, ad quod ipsum etiam sedulum Lectorem remitto.

---

*Sequuntur Colophonis loco*

## **Conclusiones Porismaticæ.**

### **1. Scriptura etiam ratione scriptionis D E U M habet authorem. Contra Pontificios.**

Propheta enim à Deo jubetur visionem scribere, *Hab. 2,2.* Similia mandata sunt *Exod. 17,14. cap. 34,27. Esa. 8,1. cap. 30,8. Ierem. 30, 2. & cap. 36,2.* Etiam in *Novo Test. Apoc. 1, 11.19. & cap. 2,1,8. 12,18. & cap. 3,1.7.14. cap. 14,13. cap. 19,9. cap. 21,5.* Et de totā Scripturā *Apostolus dicit*, quod sit *Θεόπνος*, *2. Tim. 3,16.*

### **2. Scriptura etiam à Laicis est legenda. Contra eosdem.**

Jubetur enim Propheta visionem in tabulas scribere, & publicè proponere, ut quavis prætereuntium scripturam illam legere possit. Jam si pars Scripturæ à Laicis legi debet, etiam tota Scriptura ab illis legi debet, propter identitatem finis. Et mandatum de scrutanda Scriptura est generale, *Joh. 5,39.*

### **3. Fides justificans quæ talis est fiducia in Christum. Contra eosdem.**

Jubet enim Deus inhiare promissione Christo, v. 3. quæ inhiatio

hiatio non est tantum intellectualis & assensitiva, sed vel maxime fiducialis & affectiva; qvalis est inhiatio famelici aut siti-bundi, cibum aut potum desiderantis.

4. *Patres in V. Test. per fidem in Christum fuerunt justificati & salvati, non minus atq; nos in N. T.*

*Contra Photinianos & Arminianos.*

Propheta enim de fidelibus in V.T. hoc loco ait v. 4. qvòd per fidem suam, qvā promissioni de Messiā inhiarunt, justi sint constituti & vixerint: Idem Petrus in primo Concilio Apostolico communi nomine concludit, Act. 15, II.

5. *Patres V. Test. habuerunt expressam promissionem vita æternae. Contra eosdem.*

Expresse enim Deus h.l. vitam promittit ei, qvi fide justus est. Jam vita hæc vel maximè intelligenda est de vitâ æternâ, qvæ fidei finis est, I. Pet. 1, 9. Sicut de vitâ æternâ locum Habacuci etiam exponit Epist. ad Hebr. c. 10. ult.

6. *Sola fides ex parte nostrâ justificat ac salvat, sine operibus. Contra Pontificios.*

Propheta enim h.l. fidei tribuit justificationem & vitam, nulla facta mentione operum. Deinde Apostolus Gal. 3, II. allegans dictum Habacuci, dicit justum ita ex fide justum esse & vivere, ut ex lege nullo modo justificetur & vivat: Et immediatè opponit ex lege justum esse & vivere, & ex fide justum esse & vivere. Jam si opera qvoq; ad justificationem & salutem essent necessaria, justus simul ex fide & lege justus esset, qvod est impossibile. Per solam autem fidem non intelligimus fidem, qvæ est sine operibus, qvalem fidem Pontificii nobis affingunt, sed fidem qvæ sine operibus licet præsentibus justificat. Exclusiva enim particularia non excludit opera à coëxistentia cum fide, sed à conuersu causalí ad justificationem. Fides justificans nunquam est sola, sola tamen justificat.

7. *Fides justificat non ut est opus, sed ratione objeci, meriti scilicet Christi, quod apprehendit.*

*Contra Pontificios, Photin, & Arminianos.*

Fides.

24

4

2

3

3

Fides enim, ut est opus, pertinet ad legem, ex qvâ vero juxta  
Apostolum nullus homo justificatur, Gal. 3,ii.

**8. Nemo alienâ fide justificatur & salvatur. Contra Pontificios & quosdam Calvinianos.**

Expressè enim Propheta dicit, justum suâ fide justum esse &  
vivere. Et ut nemo pro alio potest justus esse & vivere: Ita nemo  
quoque pro alio potest credere.

**9. Infantes veram eamq; actualiē habent fidem.**

**Contra Anabaptistas, Pontificios & Calvinianos.**

Infantes enim baptizati justi sunt & vivunt vitam gratiæ,  
suntque hæredes vitæ æternæ: Ergo fide actuali sunt prædicti,  
qvæ apprehendunt regnum cœlorum, Marc. 10,15.


**10. Apostolus Paulus justificationem fidei ex Habacucodirectè probat. Contra quosdam Pontificios.**

De eâdem enim justitiâ & fide loquitur Apostolus, qvâ de lo-  
quitur Propheta; cuius autoritatem eo fine adducit Apostolus,  
ut testatum faciat, doctrinam de justificatione fidei non esse  
novam, prout à Pseudoapostolis & Judæis traducebatur, sed te-  
stimoniū habere in Prophetis; qvod expressè asserit Rom. 3,21.

DEUS Pater Domini nostri Jesu Christi in veritate  
cœlesti nos sanctificet & conservet, fidemque per Spiritum  
Sanctum in nobis accendat, alat augeatque, per  
qvam solam justificati vitam gratiæ hic vivamus,  
tandemque cum vitâ gloriæ illam com-  
mutemus, AMEN.

**F I N I S:**









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn788090313/phys\\_0039](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788090313/phys_0039)

DFG









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn788090313/phys\\_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788090313/phys_0043)

DFG



nque cum thetica moralem p[re]a[re]legendo, bene mereri pergit. Im-  
imi Senatus prolixam in se voluntatem grata mente p[re]a[re]dicat et ve-  
susfragante C I O I O C C X X I X . in seminarium Catechetarum ad  
cooptatus, inde post exactos octo annos ad Conclaves Sabbathi-  
ana, hinc ad pomeridianas dierum dominicalium in Noua, Diaconus  
in multo post ad meridianas in Thomana, perorandas vocatur.  
Is post septimanis ad Subdiaconi in Nicolaitano, et post triennium  
Concionatoris Vespertini in Thomano templo prouinciam reu-  
unere adhuc cum laude fungitur. Alter est,

I O. FRIDERICVS B A H R D T I V S,  
l. Baccal. et eiusdem in hac Acad. Prof. P. Extraord. ad D.  
Petri Ecclesiastes.

naectus est Lubbenam inferioris Lusatiae Anno C I O I O C C X X I I .  
nobilissimo Dn. IOANNE LVDOVICO, tunc a secretis curiae feu-  
ynedri ecclesiastici Protonotario, quem Venerabilem senem, ad-  
m et octogenario maiores tum quod Pater est, tum ob magna in-  
pense amat colitque; matre *Christiana Sophia*, e gente Georgia,  
s olim clara, dudum abhinc beata. In tenella aetate a probatae  
fidei magistris intra paternas aedes, post, in Lyceo Sorauensi a  
testantis eruditio[n]is viro, nunc Budissensis Scholae moderatore me-  
triennium; inde ad patriae Musas reuocatus et a summe Reu. Pi-  
hensum hodie antistite, Lubbenis tunc ludi Conrectore, ad annum  
C C X X X . summa fide ad literarum et pietatis studium formatus, Li-  
t Rectore t. t. Magnifico; B. Clasingio academie ciubus adscripto  
et B. Pfeiferum, nec non Magnif. Deylingum, Hoffmannum, Mülle-  
chium, Viros summos, sedulo audit. Hinc C I O I O C C X X X I I .  
concedens, Praefide B. Zeibigio dissertationem de frequentiori S.  
publice tuerit. Ex quo dulcissimo sibi doctissimorum illius acad-  
em complexu, sperato citius ob variem necessitatem, patris volun-  
te, auulsius, Dresdae A. x x x i v . pro Candidatura, quam appell-  
indus comparat, annoque proxime sequente ad vicum Hermetis pro-  
delatus, formianda generosissime proliis Illustrissimi Comitis Flem-  
iennium; anno post x x x v i l . docendi generosissimi Iuuenis ab  
us suscipit. Cum quo dum de itinere in academias et prouincias  
gitat, Deo sapientissime prouidente, secus euenit; siquidem Ei in-  
gratiam Illustrissimi Comitis ab Holzendorff Regii Consiliarii intimi  
edrii Dresdensis Praefidis Grauissimi, communis nostri Mecaenatis  
aximi, aditus paratur; a quo, postquam Bischoffswerdae inde ab  
d. xi. Cal. Apr. Subdiaroni vicibus functus fuerat, A. x l i . gra-  
hoenfeldam euocatur. Sed et hinc discedere, Clementissimo man-  
usius, A. x l v . Dobriluccensibus Pastor primarius et Dioeceseos Epho-  
Tandem post biennium, ab Amplissimo huius Vrbis Senatu accitus,  
ad D. Petri munere, fungitur. Cumque de studiofa etiam iuuen-  
nica mereri apud animum constituisse, a Reuerenda Fac. Theol.  
p[ro]iam sibi fieri, eumque in finem Baccalaurei gradum sibi conferri  
sit et ad colloquium admisus, impetrat. Post paulo A. x l v i i i .  
S. Theol. Extraordinarii prouinciam clementissime sibi collatam, adit,  
rum sunt partium, in illa strenue agit. Tertio loco laudandus venit  
DN.

